



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 463. Hilari Pap. Annus 3. Leonis 7. Severi 3. Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

Hermes. Episcopo defunctus fuerit, illum hac cura respiciat, quem re-
pererit Episcopali ordo Primitiam: Hermi autem Episcopo defici-
ente, faciend. rum mos Antistitem Narbonensi mox reddatur Ec-
clesia, quem non civitas, sed causa praesumptionis amiserit.

VIII.

Unde vestra fraternitatis in Domino sincera dilectio sollicitudi-
nem, pastoralis cura in suis sedibus partim nobiscum commissarum
sibi Ecclesiarum diligentia vigilanter exerceat, & eorum taliter,
qua in Narbonensi provincia emerere, meminere, vt reseretur fa-
ctum potius, quam sumat exemplum. Quod ita deinceps esse natu-
rum, sicut nonimus non fuisse, itaque fratres carissimi, necessarij
studij est agendum, ne error, quem iuvante Christo Domino no-
stro nuper abolevimus, aut in similes, aut in novos vquam prodire
possit excessu: quod vtrique non aliter poterit praecaveri, nisi sta-
tuta venerandorum canonum in faciendis conventibus; quos ha-
ctenus omitti fecit certa necessitas, excoquamur: in quibus possint
pro emergentium necessitate causarum ad Ecclesiastica observan-
tiam disciplina, & qua sanctis facta fuerint, cog. vt, & sequenda con-
suetud.

IX.

Per annos itaque singulos ex provincijs, quibus potuerit con-
gregari, habeatur Episcopale Concilium: ita vt opportunis locis
atque temporibus secundum dispositionem fratris & Coepiscopi no-
stri Leontij, cui sollicitudinem in congregandis statim delegavi-
mus, Metropolitanis per litteras eius cōmunit, celebratur. Vt si
quid vsquam vel inordinandū Episcopo, vel presbytero, aut cuiuslibet
loci clerici faciendis contra praecpta Apostolica reperitur, ad-
hiberi, aut in eorum conversatione quippiam reprobatum, com-
muni omnium auctoritate rescetur. In ea praecipue celebritate
conueniatur, qua presidente Christo Domino nostro & veneranda
sua sanctis, & formidanda peruersis. Nec cuiquam licebit a regulis
euagari, quas sibi iuxta canonum definitiones vniuersa fraternitas in
commune praescribit, cum imminente quotannis examine, ita sin-
gulis actus suos dirigunt, vt hū discusso iudicij optari magis de-
beat, quam tueri. In dirimendis sane grauioribus causis, &
que illis non potuerint terminari, Apostolica sedis sententia consu-
latur.

X.

Illud etiam non possumus praeterire, quod sollicitudine diligen-
tiore curandum sit, ne praeter Metropolitanorum ipsorum litteras
aliqui ad quamlibet provinciam audeant proficisci: quod etiam in
omni genere officij clericali per singulos debet Ecclesiam custodiri.
Quibus e contrario hac ratione prohibemus, vt si hoc imperare per
aliquam non meruerint simulatam, cum duobus Metropolitanis
provinciarum, quae congrua sunt, Arelatenfis Episcopo cuncta dis-
creti: pro causa qualitate observanda consulant; nec injuriam
alterius alienum clericum suscipi praeter testimonium proprij An-
tistiti secundum canonum statuta praecipiet. Singuli autem fra-
tres vniuersis, cognoscant parendum esse presentibus constitutis,
quibus etiam communitio nostra denunciat in eos Christi Domini
nostri iudicium minime deferendum, qui declinando superba rebel-
lione conuentus, conscientia sua testimonio consueta sacerdotum
in innocentia fiduciam non habere.

XI.

Præterea eiusdem fratris libellum oblatum est nobis, quo perhibet
parochias Arelatenfis Ecclesia a predecessore suo Hilario in alias
(quod non licuit) fuisse translatas, petens illas iurisdictioni nostrae
auctoritate restituere. Sed moderantini Apostolici memores fra-
ternitati vestra querelam ipsius remissimus audientiam, vt in vestro
conuentu ea, quae a nobis scripta sunt, allegentur, & quae Ecclesiasti-
cis regulis congruant, decernantur. Simul etiam super hoc vniuer-
sam fraternitatem volumus esse communitam, ne praedia, quae ne-
que deserta, neque damnosa sunt, & ad Ecclesiam pertinent, ex
quibus plurimorum conuenienter necessitatibus subueniri, aliquo iu-
re in alterum transferantur, nisi prius apud Concilium alienatio-
nis ipsius causa doceatur; vt quid fieri debeat, communio omnium
deliberatione tractetur. Dominus vos incolumes custodiat, fra-
tres charissimi. Dat. III. Non. Decemb. Porro has omnes Hil-
lari Papae epistolas integras edendas curauimus, quod ha-
ctenus nunquam curas sciimus: accepimus vero ipsas ex
codice saepe citato Arelatenfis Ecclesiae, vbi extant
& aliae eius epistolae, sed quod sequen-
tibus annis date appareant, suo
loco ponemus.

IESU CHRISTI
Annus 463.

HILARI PAP.
Annus 3.

LEONIS 7.
SEVERI 3. IMPP.

Qui sequitur annus quadringentesimus sexagesi-
mus tertius, Caeina Decio Basilio & Vibiano Consi-
lulis adnotatur. Extat quidem praecleara memoria Basilij
Consulis, dum cum Sidonio comparat a cum Auiceno
qui ante annos octo Consularum gesserat cum Valenti-
niano Augusto septimum eo magistratu fungente. Agens
enim de Senatu Romano eius temporis, ita ait: Erant
quidem in Senatu plerique opibus culti, genere sublimis, aetate gra-
ues, consilio viles, dignitate elati, dignatione communes: sed ser-
uata pace reliquorum, duo fastigatissimi Consules: Gennadius
Auenus, & Caeina Basilius praeceteris conspiciebantur: in am-
plissimo ordine, seposita praerogativa partu armata, facile pos-
surparum Principem principes erant, &c. comparat eos simul,
& in quibus aliter alteri praestaret, enarrat, sed ad com-
mendationem huius haec ait: Auenus ad Consularum sollicitu-
te, Basilius virtute peruenerat. sed & de Basilij familia paulo
post addit: In hoc (inquit) Coruinarum familia Decianus praes-
ratur.

Sub hoc anno Hilarius Papa considerans Theophilij
Alexandri Episcopi Cyclum iam in declinam labentem,
absolendum anno Christi quadringentesimo octogesi-
mo, de nouo conscribendo calculo provinciarum iniunxit
Victorino Aquitano, qui huius facultatis habebatur om-
nium hoc tempore facile princeps. Praestitit ille qui-
dem quod a Romano Pontifice iniunctum fuit opus, scri-
psitque Cyclum annorum quingentorum trigintaduo-
rum: expertus est tamen postea aduersantem sibi Victo-
rem Episcopum Capuanum, cui magis Beda tribuit: sed
de controuersijs suo loco dicendum erit. Haec de Vi-
ctorino complures testantur. Gennadius temporis huius
scriptor de ipso ita habet: Victorinus natione Aquitanus,
calculator scripturarum, imitatus a sancto Hilario vrbis Romae
Episcopo, composuit Paschalem cursum indagacione castissimam pos-
quatuor priores Hippolytum, Eusebium, Theophilum, & Prospe-
rum; & protendit annorum seriem vsque ad quingentesimum tri-
gesimum secundum, ita vt quingentesimo trigesimo tertio anno Pa-
schalis reinscipiat solennitas eodem mense & die, eadem & Luna,
quae primum passio & resurrectio Domini facta est. haec Gen-
nadius.

Positum hic erat in priori editione Concilium Arelati-
canum postea, vbi collocatum erat i vereri Concilio
colleatore, Verum ab ipso erratum vel sero cognouimus,
sicut ab alijs eodem errore deceptis, qui eandem
rationem temporis inierunt. Quam obrem in sequentem
Tomum reponendum suo loco curauimus, vbi Lector
exactam de his cunctis reddidit rationem inueniet.

Hoc eodem anno data reperitur in Gallias epistola ab
Hilario Papa ad Leontium Arelatensem Episcopum ad-
uersus Mamertum Episcopum Viennensem, quod extra
suam Metropolim Episcopum ordinasset: quae ex codice
Arelatenfis accepta sic se habet:

Dilectissimo fratri Leontio Hilario.
Qualiter contra sedis Apostolicae veniens constituta sacerdotu-
lem modestiam Mamertus Episcopus Viennensis excesserit, dile-
ctionis tuae debuimus relatione cognoscere, vt ausibus talibus mar-
rum & iuxta Ecclesiasticum ordinem regularum congruum iudi-
cium proferremus.

Quantum enim filij nostri viri illustri Magistri militum Gen-
dudij sermone est indicatum, praedictus Episcopus inuictis Diensibus,
& qui ad Ecclesiarum eius numerum, quem ei Apostolica sedis de-
putauit auctoritas (sicut in scriptis nostris legimus) minime perti-
nebant, hostili more (vt dicitur) occupans ciuitatem, Episco-
pum consecrare praesumpsit. In quo, frater charissime, si ita est,
quam multiplex culpa sit, pronuntiare possumus, nisi iudicij (vt
diximus) & moderatio nobis esset & ordo seruandus. Arque ideo
memor sollicitudinis, quam dilectioni tuae scis esse commissam,
quic-

quicquid nunc ad notitiam nostram brevi infirmatione delatum est, in consentu Synodali, qui secundum statuta nostra annis singulis se sibi presidente est congregandus, discutere que sunt acta debent, & a praxilio rationum factis in sub universis actu fraternitatis exigere, ac deinde omnium litteras nostras intimare notitia: ut quod sancto Spiritu dilantate, faciendum est, ad compriendos canonicos illicitos ordinemus. Dum te in columnam ecclesiasticam fratres charissimi, Data VI. Id. Octob. Basilio V. C. Conf. eodem quoque quoque argumento illas, que sequuntur, litteras dedit ad Episcopos Galliarum his verbis:

V. Dilectissimi fratribus Episcopis provincie Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis Prime & Secunda Alpina Hilari Nostro.

Est meminimus fraternitatem vestram ea, que a vobis sunt statuta retinere, nec aliquid ex his dissimulare, que scripsimus, ut scilicet pro disciplina Ecclesiastica & pro causis, que inter Domini sacerdotes oborti plurimique non dubium est, Synodalia quorundam Concilia, quorum maxime & in fratre & Coepiscopo nostro Leonio Arelatensi Ecclesia summam locum esse celebrantur, nec aliquid fieri posse credimus, quam quod pro communis Domini domo nostra ordinatio vobis placitura constituit: tamen repetitis litteris eadem nunc quoque observanda decernimus, precipue cum gravissimis Viennensis civitatis Episcopis innotuit essentia in curiam fratris & Coepiscopi nostri Leonis Divesibus Antistitem considerando. De cuius facto vindicte congrua sententiam differentes, relationi fratrum que interim fuerant visa, respondimus. Sed quoniam tantum excessus maiorem nobis sollicitudinem materiam detulerunt: hoc ad universam charitatem vestram etiam per fratrem & Coepiscopum nostrum Antonium scripta direximus, quibus admonita communis omnium sollicitudo procurat, ne quisquam fratrum in alterius prorupturus iniuriam transcendat terminos a venerandis Patribus constitutos.

VI. Unde omnia, que a vobis sunt per fratres & Coepiscopos nostras Faustum & Anaxanum definita roborantes, congregaciones annuo ordinante fratre & Coepiscopo nostro Leonio admonitis Metropolitanis (quod sepe dicendum est) si locis celebrare dignemini, ad que conveniendi nulla sit cuiquam commutationis difficultas. Cui diligente etiam promissio addidenda est, ut opportunitas quem admodum locorum, ita constituantur & temporum, vicesque salubiles, quibus tam necessitate & salubriter constitutum nostrum negligendum parat, appareat, fratres charissimi. Illius autem confirmationem, quem Viennensis Episcopus alienum & ad se minime pertinentem grauat ordinare presumpsit, fratri & Coepiscopi nostri Leonis relinquimus voluntati, quem consilium non preter humanitatem pensare, que iusta sunt. Deus vos in columnas custodiat, fratres charissimi.

VII. Hoc eodem anno, qui septimus numeratur Leonis Imperij, Elisei Prophete ossa & Palastina Alexandriam iuxta translata. Ceterum sepulchrum eius apud Sebasteam exiens sub Iuliano Apostata profanatum esse superius dictum est.

IESU CHRISTI
Annus 464.

HILARI PAP. LEONIS 8. IMP.
ANNUS 4. SEVERI 4.

I. NOVI Consules Rusticus & Olybrius novum annum Christi quadringentesimum sexagesimum quartum aperuere: quo tum Hispania, cum Gallia a nouo Rege Gothorum Euarico assidui durissime ceperunt. Hoc enim anno morte sublato Theodorico Gothorum Rege, frater eius Euaric siue Euaricus regnum cepit: ut Ildorus auctor est, dum ait Anno Imperij Leonis octavo Euaricus, pari scelere, quo frater, succedit in regnum annis decem & octo: in quo honore procius & crimine, statim bello desuit, partem Lusitanie depradavit: qui prius captus Pampilonâ, Casaragustam inuadit, totamque Hispaniam Superiorem obtinuit. Tarracensem etiam nobilitatem, que ei repugnauerat, exercitus irruptionis peremit. In Gallias au-

tem regressus, Arelatum & Massilium vrbes cepit, suoque regno vtramque subiecit. & paulo post: Sub hoc Rege Gothilegum instituta scripta habere ceperunt: nam antea tantum moribus & consuetudine tenebantur. hac Ildorus, paucis complectens eius cuncta in regno res gestas. Que autem spectant ad perfectionem illarum ab Euarico Galliarum Ecclesijs, dicemus anno Domini quadringentesimo sexagesimo octavo, reddidit singularis temporibus.

II. Hoc eodem anno, qui Constantinopolitana vrbe precessit incendium, Leo Augustus cum plurimum eos coleret, quos Deo sciebat amicos, pre ceteris veneratus Daniele Sryliam (quem cum admirandum vite institutum, tum frequentium miraculorum editio non vicine tantum Constantinopoli, sed reddidit Orbi notum) vna cum Gennadio Patriarcha inuist, qui ad eum ordinandum presbyterum petere: quod & praestitit, licet illo diutius reluctante. Tunc & ipse Daniel Gennadio futurum praedixit incendium vrbis, quod vt antea uerteret ieiunijs atque precibus admonuit, significans & praedicens id ipsum Imperatori. Hec quidem fusiis ipsius Danij scripta fideliter scripta: ex quibus memoria dignum illud de Leone Imperatore ab auctore narratum, ipsius verbis, ne quid adfuturum pater lector, hic describemus: ait enim de ipso Leone Augusto Daniele ad eum:

Cum non ingentes, qui sunt Imperij proprii, sumisset spiritus, sed dilucisset, quantum sit virtus Imperio prestantior: ipse quoque Imperator ad eum ascendit, super columnam videlicet, & perinde ac si regnum sacrum ac supercilium, reliqueret inferiis & se excussit, se quidem humi prostravit, tangit autem sacros idem pedes, quasi hoc faciendo magis honoraretur, quam quod esset Imperator: Quis cum tetigisset, impletur admiratione, sicut prius Gelasius erant enim isti pedes valde tumentes & humano staret videri: eratque simul horribile & miserabile, illos videre tangere. Tunc etiam Imperator donat eum basi & purpurarum columnarum, quas ipse posuit, duplicem etiam columnam nominans. hac Ildorus addit que terribilia post anni vnus circulum Constantinopoli contingere: nos vero suo loco dicemus anno sequenti. Potuisset quidem huic secundum officij diuini placare numen Imperator, atque venturam cladem auertere: nisi peccatis id exigentibus, populus illam e Dei manibus extorsisset iniuri. Et quod iam completa erat iniquitas Sodomorum, non intercedit Abraham: obliuiscitur, inquam, Gennadius, quod monerat Daniel, publicas indicere preces, & ieiunia biduana per hebdomadas singulas imperare. Sic namque Deus vitionem immixturis in peccatores venia indignos, illud pretermittit solet, quod loquitur petrus Iulianus: Messit vobis Dominus spiritum suum, claudet oculos vestros: Propheta & principes vestros, qui vident visiones, operiet. Denim tum Gennadius, tum Imperator, que audierant de clade incendij a Deo sanctissimo, omnino ea obliuioni manerunt.

IV. Quod pertinet ad res Ecclesiasticas, hoc eodem anno, qui etiam notari consuevit post Consulatum Basilij, datum legitur decretum Hilari Papae aduersus Viennensem Episcopum, cui eiusmodi preposita est inscriptio:

Præceptum Hilari Papae de Ecclesia Diocesi, ubi Episcopus in die 12 a Viennensi Episcopo ordinatus est.

Dilectissimi fratribus Vitorio, Ingenuo, Idacio, Eustasio, Vencio, Eulalio, Faustio, Anaxanio, Proculo, Ansonio, Paulo, Memoriali, Calisto, Prociolo, Entropio, Ausiano, Verbo, & Leonio Hilario.

Sollicitis admodum nobis, & ex vobis, que proxima ad nos relatione certa derulerat, multa expectatione suspensis, littere dilectionis vestre, fratre & Coepiscopo nostro Antonio, quem dignum tamē legatione prolemus interpretem, deferente, sunt tradite, que nos ab ipso contextu sui contristatissimi principis: nam qui requiescere sollicitudinem nostram, & magna ex parte relaxari in huius, que a sancta memoria decessore meo de Viennensi Episcopo premissa sunt, credebamus, euidenti assertionem cognouimus, & non sine dolore miramur, definitionem illam a Mamerto Episcopo nunc potuisse transcendere, per que Ecclesia privilegium preparat acquiri: cum præcipue sancti fratris & Coepiscopi nostri Leonis moderatio

DANIEL
PREDIXIT
INCENDIUM

III.
LEO IMPERATOR
CYANUS
VENERABILI
DAVIDEM

Genes
19.

Isa. 29.

IV.